PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 168r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



So An ergo immortalem rem existimas pro tam minimo studere
ac non pro universo potius esse solicitam Gla Puto equidem sed
quid hoc inquis So Nescis inquam nostram immortalem esse animam
nec ullo modo posse deleri / tu ille me intuens / precipue
que admiratus Gla Non pro iovem inquit / verum te de hiis effari
opus est So Nisi molestum est inquam / puto que te pariter / haud
enim difficile est Gla Ego inquit et si difficile minime sit
ac te tamen libenter cupio audire Capitulum nonum de
immortalitate animorum et quod unicuique proprium a natura
malum innatum sit Socrates Glauco etc

A Audi igitur Gla dicito modo So Bonum ne quid
inquam ac malum nominas Gl Certe inquit So An
ut ego / sit tu de istis vicissim arbitraris Gl Quid
id ais So Omne quod corrumpat ac destruat / malum esse
quod autem saluet ac prosit / id esse bonum Gla Profecto
So Num esse cuilibet malum quid / ac bonum inesse reris
ut puta oculis obtalmiam / et universo corpori morbum /
erugine ~~ac ferro~~ frumento / lignis tariem / eri vero
rubiginem ac ferro et ut aio omnibus ferme nativum
malum ac morbus cuique inest proprius Gla Intelligo inquit
So Num igitur quid istorum alicui evenerit / deterius id
efficit / ac demum universum dissoluit ac destruit Gla
Cur non So Connaturale itaque unicuique malum / ac malicia
inest / que illud perimat / quod si id nequeat nichil illi ulterius
poterit obesse Non enim quod bonum est / quicquam destruet /
aut quod neque bonum neque malum Gl Quomodo id enim So Si
quid ergo reperire poterimus cui malum adsit / quod illud
deterius reddat / id autem cui obsit nequeat dissolvere / nunc id
ipsum a natura incorruptibile fore fatebimur Gl Equum
est inquit So Quid de anima igitur dices inquam est ne
quidpiam quod illam deteriorem reddat Gl Maxime et
ea que prius enarravimus / iniquitas / impudencia / timiditas